



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 86. Papa a Florentiæ Duce per simulatum fœdus cum Gallis deceptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. „infensos reddideram, adeo, ut dein-  
A.C. 1557. „iceps ditio mea continuo exponatur pe-  
 „riculo.„ Cosmas equidem haud i-  
 gnorabat, Hispanos nunquam eo incli-  
 nasse, ut Caraffis Senensem Rempubli-  
 cam relinquerent, nihilominus, cum Pon-  
 tificex hanc urbem in pacis articulis,  
 quos is Albæ Ducī proposuerat, sibi tra-  
 di peteret, exinde Dux querendi occa-  
 sionem captabat, addens, quod merito  
 Philippus, si hanc civitatem cedere vel-  
 let, haud alteri, quam Florentiæ Ducī  
 tradere, æquitatis legibus adstringatur,  
 unde id serio perpendi, ac desuper re-  
 sponsum dari postulabat, eoquod ad re-  
 sponsi tenorem sua quoque consilia di-  
 sponere cogitaret. Cunctas hæc ra-  
 tiones Philippo Regi exponere, Ludo-  
 vicus Toletanus jubebatur.

## §. LXXXVI.

*Papa a Florentiæ Duce per simulatum  
 fœdus cum Gallis deceptus.*

*Narrat. Na-*  
*vigarii apud*  
*Pallav. l. 14.*  
*c. 2. n. 2.*  
 Sub idem tempus Florentiæ Dux sum-  
 mum Pontificem per Gianfiliaccium  
 ad pacem ineundam sollicitabat, eidem  
 exponens, quod ipse nullas concordiæ  
 conditiones respueret, dummodo nil si-  
 bi, nec suis ditioibus a Gallorum po-  
 tentia timendum foret, quam tamen  
 securitatem absque arcti fœderis vincu-  
 lo sibi haud polliceri posse affirmabat.

Ad

Ad hæc Summus Pontifex, cum Ducis Sæcul. XVI.  
 confilia probe prospiceret, rebusque A.C. 1557.  
 suis Cosmæ amicitiam oppido proficuum  
 fore noffet, eidem fidem dedit, se nihil  
 non acturum, ut Henricum II. ad filiam  
 suam Francisco natu majori Cosmæ Fi-  
 lio desponsandam induceret: quinimo  
 addebat, se haud cunctanter pro Duce  
 operam suam impensurum, quamprimum  
 de benevolentia, ac benigna Galliarum  
 Regis voluntate erga illum certior fieret.  
 Postmodum dum illi, qui Romæ Regis  
 negotia procurabant, hanc novitatem ex  
 Papa intellexerant, quantocius in Franciam  
 literas dabant, non sine prospero successu,  
 quippe Rex huic foederi assensum præbere,  
 haud diu tergiversabatur, moxque ad  
 perficiendum hoc negotium Carolus Marillacus  
 Viennensis Archiepiscopus Romam fuit  
 ablegatus: interim Cosmas quamvis  
 simularet, perinde acsi hanc rem summa  
 taciturnitate agitari, ac prompte ad exitum  
 deduci vellet, ne Philippi emissariis  
 innotesceret, brevi tamen illius fama  
 per universam urbem Romanam perfonabat,  
 & ubique divulgabatur, quod Florentiæ  
 Dux Summi Pontificis opera cum Gallis  
 amicitiam inierit. Re intellecta Hispaniæ  
 Rex novum hoc foedus dissolvere, ac  
 Cosmam suis studiis addictum servare  
 totis viribus nitebatur,

Sæc XVI.  
A C 1557

tur, & licet primo conditiones, quas Ducis nomine Ludovicus Toletanus propofuerat, nimium superbas, atque temerarias censeret, nihilominus forte magis compulsus, quam persuasus cedere statuit, Ducique plenam Senensis ditionis possessionem adjudicare decrevit.

## §. LXXXVII.

*Cosmas a Philippo II. in totius Senensis status possessionem immiffus.*

*Pallav. l. c.  
Thuan. l. 18.*

**E**a igitur dexteritate Cosmas Papam æque, ac Franciæ, & Hispaniæ Reges decipiebat, suamque ditionem hac arte latius novo incremento protendebat, nam fœdus sub hisce conditionibus fuit initum. I. Cosmas Florentiæ Dux, ejusque liberi ex Philippi beneficio Senensem ditionem accipiant, uti eam ipsemet Philippus a Cæsare Parente suo obtinuerat, excepto Herculis portu, Telamone, Monte-argentario, Orbitello, & Plombini arce, quæ loca sibi Philippus fervaret. II. Hoc præstito æs omne alienum tam Cæsari olim a Cosma commodatum, quam in belli sumptus impensum, quod ipsi a Philippo debebatur, penitus solutum intelligatur, quin illud Florentiæ Dux repetere possit. III. Fœdus, vi cujus uterque vicissim hinc ad  
Princi-